



CENTURIA  
T H E S I U M 17

IN JURE CIVILI, CANONICO & FEU-  
dali maxumè controversarum,

quam,  
ANNUENTE DIVINA GRATIA

& cum  
CONSENSU MAGNIFICI ICTORUM ORDINIS

sub  
P R Æ S I D I O

*Viri Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi,*

DN. VVERNERI THEODORI  
MARTINI, J.U.D. ET PANDECTARUM PRO-  
FESSORIS PUBLICI, NECNON SERENISSIMO  
ELECTORI SAXONIÆ à CONSILIIIS ADPELLA-  
TIONUM, CURIÆQUE PROVINCIALIS, CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI, SCABINATUS & FACUL-  
TATIS JURIDICÆ, QUÆ HIC LOCISUNT, ADSES-  
SORIS GRAVISSIMI, p.t. DECANI SPECTATISSIMI,  
Patroni ac Præceptoris sui singulariter colendi, observandi,  
IN FAMIGERATISSIMO AD ALBIM ATHENÆO

*Publicæ Eruditorum disquisitioni exponit*

PETRUS PANCRATIUS Krauß / Naumb. Misn.

AUTOR & RESPONDENS.

*In Honorum Auditorio,*

*ad D. Nov. A. 1665. horis consuetis.*

---

WITTEBERGÆ Literis JOHANNIS BORCKARD.

825



T H E B S I U M

IN LORE CIVITATIS MONICO & FEBI

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

IN VALLA MONTIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545

CONSTITUTIONE ORIMORDIS

ANNO 1545







BONO CUM DEO !

**A** Communi opinione in Jure controverso decidendo non esse recedendum, pleriq; à *Franc. Vivio Lib.1.com. opin. §. judex in judi cando.* sibi habent persuasissimum. Longè tn. rectius Justinianus Imperator in *l.1. §. sed neq; 6.C.de V. 7. Enucl.* non ex multitudine auctorum, quid melius & & æquius sit, judicandum statuit: cum possit (inquit) forsitan & deterioris sententia & multas & majores ex aliqua parte superare; sed cum Legibus ut loquamur, & sine ipsis loqui erubescamus vult *Nov. 18. c. 5. §. 1. 19. C. de collation.* Quare dum ego centuriam hanc Thesum ex JURE CIVILI, CANONICO AC FEUDALI mutuatarū ac imprimis controversarum disputandō publicè propositurus, non quid opinione hominum, sed veritate Legum in illis statuendum sit, inqviro, *jure me in eo adcurari posse non arbitror.* Sit itaq;

## EX JURE CIVILI

§.1.

Quò minus in pœnarum irrogatione proportio arithmetica observetur, non obstat *l.3. §. pen. ad L. Corn. de Sic.*

§.2.

Jus naturale est immutabile. *§.11. Inst. d. 7. N. G. & C.*

§.3.

Lex humana etiam conscientias obligat. *l.20. C. d. furt. l. 15. d. condit. instit.*

§.4.

Pacta, quæ repugnant mandato Dei, Legi aut bonis moribus, non sunt servanda, etsi juramentum accesserit *l.6. C. d. pact. l. 15. d. condit. instit.*

A 3

§.5



§. 5.

Transactio nullò cogente, sed libero arbitrio & voluntate confecta, retractari nequit, siue facta sit in iudicio, siue extra iudicium, in scriptis aut sine scriptura. Habet n. vim rei iudicatae & iuramenti. *l. 3. ff. d. transact. l. 20. 41. C. eod.*

§. 6.

Major se minoris Iudicium subicere potest. *l. 14. d. Idict.*

§. 7.

Actio de tigno juncto datur etiam contra B. f. Possessorem. *l. 23. §. 6. d. R. V. §. 29. Inst. d. R. D. l. 65. d. donat. inter V. & U.*

§. 8.

Nullitas sententiae impedit ejus executionem. *l. 6. d. fer. l. 11. §. 12. d. act. Emte.*

§. 9.

Non per citationem, sed litis contestationem actiones perpetuantur. *l. 15. rem rat. hab. l. 1. §. 1. C. d. ann. Excep. l. 16. d. off. praesidis.*

§. 10.

Libellus emendari potest ante & post litis contestationem: mutari autem non nisi ante litem contestatam. *Nov. 112 c. 3. ibi: actorem captum negotium. l. 23. d. Jud. Arb. offeratur. C. de lit. contestat.*

§. 11.

Possessor rerum immobilium satisfacere haut tenetur, etiam si illa bona immobilia fuerint litigiosa. *l. 8. 11. 15. qvi satisda. cog.*

§. 12.

Pupillus sine tutoris autoritate contrahens non obligatur. *l. 5. §. 1. d. aut. tut. l. 41. d. condict. indeb. l. 58. d. act.*

§. 13.

Quae procurator agit, Domino profunt & nocent. *l. 12. §. f. qn. appell. l. 3. C. eod. l. 10. C. d. procur.*

§. 14.

Datur Restitutio contra restitutionem. *l. 7. §. 9. d. minor.*

§. 15.

Legitima est juris Civilis. *l. 36. §. 1. C. d. inoff. test. l. 6. C. d. secundis mpt.*

§. 16.



§.16.

Etiā ad mortem damnati rectè testantur. *l. 8. §. f. l. 13. §. f. qui  
test. fac. l. 6. §. 6. d. injust. rupt.*

§.17.

In re certa institutus qui est, non verus est heres, sed habetur  
pro legatario. *l. 13. C. d. her. instit. l. 9. d. fideic. hered.*

§.18.

Hereditatis petitio est actio bonæ fidei. *§. 28. Inst. d. act.*

§.19.

Si filius impubes se abstinuit hereditate, intraq; impuber-  
tatem mortuus est, succedit substitutus. *l. 12. d. vulg. & pup. sub-  
stit. l. 41. 42. d. adqvir. her. l. 28. d. bon. aut. jud. poss. l. 44. d. rejudic.*

§.20.

Impossibilis conditio testamento adjecta pro non scripta  
habetur, sive institutioni sit adscripta, sive legatis, sive fidei  
commisissis. *§. imposs. Inst. de her. instit. l. 9. 14. 15. de condit. inst.  
l. 3. de condit. & demonstr.*

§.21.

Jus representationis in linea recta quoad descendentes lo-  
cum habet in infinitum; quoad ascendentes planè non admit-  
titur: in linea collateralis tantum habet locum in tertio  
gradu, quod scilicet fratrum filii concurrunt cum fratribus. *Nov.  
118. c. 1. & 3. §. f. Inst. d. her. quæ ab intest.*

§.22.

Donator de Evictione non tenetur. *l. 2. C. de Evict.*

§.23.

Emphyteuta alienare rem potest. *l. 5. C. f. dot. l. 16. §. f. l. 17. 31.  
d. pign. act. l. 71. §. pen. & f. d. leg. l. 1. l. 217. d. V. S.*

§.24.

In Societate observandam esse proportionem arithmetica  
dicimus. *l. 29. §. 2. pro Soc.*

§.25.

Error circa materiam vitiat Emptionem. *l. 9. §. 2. d. contrab. Emr.  
l. 14. in f. & l. 62. §. 1. cod.*

§.26.



§. 26.

In locatione quoq; requiritur pecunia numerata. *l. 1. §. 9. de-  
pos. l. 25. §. 6. l. 28. §. 2. l. 46. §. 52. l. 58. l. ocar.*

§. 27.

Solus usus fructus est dividuus, ceteræ servitutes individua.  
*l. 19. d. usu & hab. l. 1. §. 9. l. 81. pr. ad L. Falc.*

§. 28.

Jus altius tollendi ædes est servitutis. *l. 2. d. S. P. U.*

§. 29.

Servitus ne luminibus obficiatur, à servitute altius non tol-  
lendi differt. *l. 12. d. S. U. P. l. 15. 17. eod.*

§. 30.

Lata culpa dolo æquiparatur. *l. 32. depos. l. 5. §. 15. ut in pos. leg.*

§. 31.

Licet pergere in ædificando, si is, cui opus novum nuncia-  
tum fuit, satisdederit. *l. 5. §. 19. l. 20. §. 5. de nov. oper. nunc.*

§. 32.

Nomina quoq; opignorari possunt. *l. 4. C. qvæ res pign. vel hyp.*

§. 33.

Creditor non tenetur aliud pignus pro dato recipere. *l. 9. §.  
3. de pign. act.*

§. 34.

Actore non probante reus absolvendus est. *l. 23. C. d. probat.  
l. 10. §. 3. d. edend. l. 9. d. O. & A.*

§. 35.

A datione tutoris rectè adpellatur. *l. 17. §. 1. d. adpell. l. 20. d.  
adm. tut. l. 4. d. Excus.*

§. 36.

Relicta ad pias causas deficiente causa, ob quam relicta sunt,  
ad heredes non revertuntur. *l. 16. d. usufr. leg.*

§. 37.

Sumptus studiorum, peregrinationum, librorum & digni-  
tatum causa liberis à Parentibus dati in bonorum collationem  
non veniunt. *l. 50. fam. erisc. l. 2. §. 6. eod. l. 1. §. 16. de collat. l. 2. pr. l.  
21. §. 3. ad municip. l. 3. §. f. d. mun. & hor.*

§. 38.



§.38.

Repudiatio bonorum possessionis à filio facta nocet Patri.  
*l.f.quis ord.in B.p.serv.*

§.39.

Omnia bona donare licet.*l.35. §. sed siquidem. ibi: vel totam substant. tradere. C. d. donat. l.3. C. eod. l.8. ibi: bona omnia. C. de revoc donat.*

§.40.

Usucapionem justum & æquum adquirendi modum esse censemus per *l.1. d. usurp. & usucap. l.24. ff. quæ in fraud. cred.*

§.41.

In obligatione alternativa electio est debitoris. *l.10. §. f. de J. dot. l.106. d. V. O.*

§.42.

Interdictum de vi & vi armata vero datur Domino, sive civiliter, sive naturaliter possideat. Arcentur v. hic, qui verè nō possident, ut coloni, inquilini, servi, procuratores. *l.1. §. 9; 22. d. vi & vi arm. §. 5. Inst. d. inter. dict. l.9. d. R. V. l.4. d. usu & hab.*

§.43.

Exceptiones post sententiam latam opponi nequeunt. *l.2. C. sent. rescind. non posse. l. sub specie. C. d. re jud.*

§.44.

Obligatio literarum lapsu bienni adeo confirmatur, ut etsi pecunia reverà non sit numerata, omninò tñ. condemnatio sequatur ad solutionem faciendam. *Inst. d. lit. oblig.*

§.45.

Non plus, sed magis se obligare potest fide jussor quàm principalis. *§. 5. Inst. d. fidej.*

§.46.

Quod in diem debetur & invito creditori ante diem venientem solvi potest. *l.41. §. 1. d. V. O.*

§.47.

Non videtur foeminarum in delictis meliorem esse conditionem, quàm masculorum. *l.62. d. leg. 3. l.7. §. 1. d. J. dict.*

§.48.



§. 48.

Qui non habet in ære, luat in corpore. *l. f. d. in jus voc. l. 7. d. J. d. l. 9. d. incend. ruin.*

§. 49.

Actiones ex delictis pœnales regulariter in hæredes non transeunt. *l. 1. 2. d. priv. delict.*

§. 50.

Minor ex delicto non gaudet restitutione. *l. 37. d. minor l. 8. §. 9. eod.*

## EX IVRE CANONICO.

§. 51.

Qui furatur hominem & vendiderit eum, convictus noxæ morte moriatur. *cap. 1. Extra. de furt.*

§. 52.

Tenetur quis alium in vitæ periculo constitutum defendere. *c. qui potest. c. 23. q. 3. cap. dilect. 6. §. f. d. sentent. excommunicat.*

§. 53.

Sacerdos in jus vocatus confessionem sibi factam in cathedra pœnitentia revelare non tenetur. *c. omnis utriusq. de pœnit. §. remis. c. si Sacerdos. d. off. jud. ord. c. dilectus. d. excess. prel.*

§. 54.

Putamus consensum Parentum liberis ad justas nuptias contrahendas de J. Canonico non de honestate solum esse, sed etiam de necessitate. *c. aliter. q. 5. causa 30. c. nostrates. q. 5. causa 30. c. qualis. q. 5. causa 30. c. honorantur. d. q. 5. causa 32. c. non omnis q. 2. causa 30. c. mulier. q. 2. causa 32. c. hoc sanctum. d. q. 2. causa 32.*

§. 55.

Illis, qui ex damnato complexu nati sunt, alimenta de jure Canonico præstanda esse probat textus expressus *in c. cum haberet. 5. in f. Extr. de eo, qui duxit in matrimon.*

§. 56.

Juramentum vi vel metu extortum de J. Canonico valet, ita tamen, ut absolutionem indigeat. *c. si vero. 8. c. verum. 15. extra d. jurejur.*

§. 57.

Etiam de Jure Canonico mulier esse potest testis in criminalibus *c. quoniam. 3. ext. de test.*

§. 58.



§. 58.

Testes inviti cogi possunt ut testentur in criminalibus. *c. 4. §. 8. 9. extr. de test. cog.*

§. 59.

Tempus semestris vel quadrimestris Patronis ad presentandum Ecclesie ministrum concessum, currit a tempore notitia. *c. un. d. J. Patron. in 6. c. 5 in f. extr. d. concess. prebend. c. 3. de supplend. neglig. cleric.*

§. 60.

Pro alio seu in alterius animam jurari potest. *c. presentium 2. de test. in 6. c. f. d. jur. calum. in 6. c. 4. vers. procurator de procur. in 6.*

§. 61.

Jus Canonicum non ligat Pontificem. *cap. nulla 8. dist. 39. caus. 6. q. 3. c. 3.*

§. 62.

Papa requirit in praedictum Successoris sui aliquid sancire. *c. 20. extr. d. Elect. & Elect. pot.*

§. 63.

Usurae Jure Canonico simpliciter videntur esse damnatae. *c. quoniam. c. consuluit. & t. t. extr. & in 6. d. usur.*

§. 64.

Abbatem ob pecuniam mutuo datam monasterio quorundam monachorum dare obsides posse, manifestum est ex *cap. ex rescripto 9. extr. d. Jurejur.*

§. 65.

Quamvis Jus Patronatus vendi specialiter nequeat; id tamen simul alienatum censeatur, si curia, ut villa, vel pagus &c. vendatur, non dubitamus *ob c. de jure. in 6. extr. de J. patron. & c. 7. ead.*

§. 66.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum a sacris canonibus vetita est clericis non tantum simplicibus, sed & Praelatis, Episcopis & Archiepiscopis, & multo magis laicis. *t. t. d. reb. alien. vel non al. in 6. Clement. & Extravag.*

§. 67.

Confugientes ad Ecclesiam jure asyli gaudent. *c. 6. d. immunit. Eccles.*

§. 68.

Quisq; sepeliendus est in Ecclesia parochiali vel coemeterio  
B  
ejus



ejus, in qua recepit aut recipere debuit Sacramenta & exaudi-  
re divina. *c. 1. c. 10. d. sepultur.*

§. 69.

Pro exequiis aut sepultura aliquid exigere canones ve-  
tant. *c. 13. d. sepult. can. postquam. 13. q. 2.*

§. 70.

Decimas non de Jure naturali & divino, sed solo Ecclesia-  
stico seu Canonico deberi putamus, non obstantibus *Matth.*  
*23. v. 23. Matth. 5. c. 25. 32. & aliis. d. decim. primit. & oblat.*

§. 71.

Mendicantes propriè monachi non sunt. *c. 2. d. stat. mo-  
nach.*

§. 72.

Tametsi ab initio liberum sit vovere vel non vovere, non  
tamen est liberum à voto semel emisso resilire absq; salutis  
propriæ dispendio. *c. licet. 6. ex c. seq. d. vot. & vot. redemt.*

§. 73.

Districtè inhibetur, ne quis monachorū proprium quoquò  
modò possideat. *c. cum ad monasterium. & c. Johannes 5. d. re-  
gularib.*

§. 74.

Solemnitas consecrationis Ecclesiæ iteranda non est ad in-  
star baptismi. *can. 20. dist. 1. c. lignis. 6. d. consecrat. Eccl. vel  
altar.*

§. 75.

Venatio cum strepitu interdicitur clericis. *c. 1. 2. d. cleris  
venat.*

## EX IVRE FEVDALI.

§. 76.

Derivatur Feudum à fide. *2. F. 3. §. 12. inf.*

§. 77.

Rectè conceditur Expectativa in feudo, cujus possessor  
Vasallus habet liberos. *2. F. 35.*

§. 78.

Domini sive masculi, sive foeminae, sive clerici, sive laici,  
sive in dignitate constituti sint, sive plebei fuerint, in rebus  
suis feudum alteri concedere possunt. Sexus n. differentia hinc  
non attenditur. *2. F. 3. §. 1. vers. foeminam. 1. F. 1. & 6. 2. F. 91.*

79. Con-



§. 79.

Constituitur feudum proprium in rebus immobilibus, sive naturaliter, sive civiliter sint immobiles. 2. F. 1. §. f. & c. 23. §. *hujus autem.*

§. 80.

Expectativa in feudo purè facta non valet, adeò, ut nec mortuò vasallò sine successoribus reconualecat. 2. F. 35. 1. F. 9.

§. 81.

Aliquando quidem vasallo remittitur juramentum fidelitatis, nilominus tamen ad omnia illa, quæ alias juramentò à vasallò præstandò continentur, ipse est obligatus. 2. F. 3. 24. 47.

§. 82.

Successio ab intestato solum feudis convenit, nec testamento vel simili dispositioni hîc locus est. 1. F. 8. *inf.*

§. 83.

Adscendentes à feudi tamen novi, quàm antiqui, tam Ecclesiastici, quàm secularis successione removentur. 2. F. 50.

§. 84.

Filii nati ex matrimonio ad morganaticam contracto removentur à successione in feudo. 2. F. 29.

§. 85.

In feudo foemineo non prius admittitur foemina, quam si defecerint masculi descendenres & agnati. 2. F. 30.

§. 86.

Admissa semel foemina ad successionem in feudo, postea nato masculo id restituere non tenetur. 2. F. 17. & 51. §. *similiter.*

§. 87.

Clerici & monachi de Jure Feudali inhabiles sunt quoad successionem in feudo. 2. F. 26. §. *qui clericus.*

§. 88.

Perfecti nati, postea ex accidenti facti imperfecti antequam feudum adquisivèrè, non succedunt in feudis. 2. F. 6.

§. 89.

De feudo merè hereditario liberè disponere licet vasallo. 2. F. 48.

§. 90.

Legatò feudò hereditariò non aliter ultimatio ejus debetur, quàm si expressa adsit testatoris voluntas. 1. F. 8. 2. F. 9. §. *donare.*

§. 19. Li.



§. 91.

Licet Juramenti præstatio pactò sit remissa, non tamen remissa censetur petitio renovationis investituræ. 2. F. 24. *pr. ibi: investituram petendò.* 2. F. 40. *verb. fidelitatem polliciendo.*

§. 92.

Petenda est renovatio ultrò, sine citatione Domini, intra annum & diem à contingente mutatione in persona Domini vel Vasalli; nec potest hoc tempus Dominus invito vasallò coarctare aut prorogare. 2. F. 22. 24. 40. 52. 55.

§. 93.

Vasallus nequit criminis alicujus Dominum adcusare. 2. F. 33. §. *similiter.* & §. *item si delator.*

94.

Nec testimonium adversus Dominum dicere. 2. F. 33. §. *similiter.*

§. 95.

Feudo antè Francò noviter concessò, non remissa censentur servitia, nisi expressè in investitura id factum fuerit. 2. F. 23. *in fin.*

§. 96.

Pupillus per alium Domino servitia præstare tenetur. 2. F. 26. §. *si quis.*

§. 97.

Si vasallus partem fundi permittente Domino alienat, onus quoq; servitii, utpote rei feudali inhærens, pro rata transfertur in alterum, etsi nulla servitii pro quantitate partis alienatæ agnoscendi mentio facta fuerit. 2. F. 77.

§. 98.

Si vetus feudum Domino, aut agnatis remotioribus cesserit vasallus, post mortem refutantis & filiorum ejus, si quos habet, revocare id possunt agnati proximiores 2. F. 26. 39. 1. F. 8. §. *hoc quoq;.*

§. 99.

Vasallus secreta Domini in ejus damnum revelandò feloniam committit, & hinc feudum amittit, 1. F. 17. 2. F. 5. 6. 7.

§. 100.

Etiam absq; consensu Domini in arbitrum compromittere possunt vasalli litigantes. 2. F. 15. 43.

Tantum!

LAUS DEO!



Leipzig, Diss.; 1666-67

ULB Halle 3  
004 792 742



f


sb.

Einband beschädigt

V317









CENTURIA  
**T H E S I U M**

17

IN JURE CIVILI, CANONICO & FEU-  
dali maxumè controversarum,

quam,  
ANNUENTE DIVINA GRATIA

& cum  
CONSENSU MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

sub  
P R Æ S I D I O  
*Viri Nobilissimi, Amplissimi ac Consultissimi,*

**DN. VVERNERI THEODORI**  
MARTINI, J.U.D. ET PANDECTARUM PRO-  
FESSORIS PUBLICI, NECNON SERENISSIMO  
ELECTORI SAXONIÆ à CONSILIIS ADPELLA-  
TIONUM, CURIÆQUE PROVINCIALIS, CONSI-  
STORII ECCLESIASTICI, SCABINATUS & FACUL-  
TATIS JURIDICÆ, QUÆ HIC LOCISUNT, ADSES-  
SORIS GRAVISSIMI, p.t. DECANI SPECTATISSIMI,  
Patroni ac Præceptoris sui singulariter colendi, observandi,  
IN FAMIGERATISSIMO AD ALBIM ATHENÆO

*Publica Eruditorum disquisitioni exponit*  
**PETRUS PANCRATIUS Krauß / Naumb. Misn.**  
AUTOR & RESPONDENS.

*In Honorum Auditorio,*  
ad D. Nov. A. 1665. horis consuetis.

WITTEBERGAE Literis JOHANNIS BORCKARD.

82 F

